



UNA VOCE VENETIA

## Comune dei Dottori

### **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum** *Matth. 5, 13-19*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre quóniam veni sólvare legem aut prophétas : non veni sólvare, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, jota unum aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum : qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

### **Dal Vangelo secondo Matteo** *Matt. 5, 13-19*

IN QUEL tempo: disse Gesù ai suoi discepoli: Voi siete il sale della terra. Che se il sale diventa scipito, con che cosa sarà esso salato? Non è più buono a nulla, se non a essere gettato via e calpestato dalla gente. Voi siete la luce del mondo. Non può essere nascosta una città situata sopra un monte; né accendono la lucerna e la mettono sotto il moggio, ma sopra il candeliere, affinché faccia lume a tutta la gente di casa. Così risplenda la vostra luce dinanzi agli uomini, affinché veggano le vostre buone opere, e glorifichino il vostro Padre, che è nei cieli. Non vi date a credere che io sia venuto per sciogliere la legge o i profeti: non son venuto per sciogliere, ma per adempire. Che in verità vi dico, finché non perisca il cielo e la terra, non perirà un jota o un apice solo della legge fino a tanto che tutto sia adempito. Chiunque pertanto violerà uno di questi comandamenti minimi e insegnerà agli uomini di fare così, sarà tenuto minimo nel regno dei cieli: ma colui che avrà praticato e insegnato, questi sarà tenuto grande nel regno de' cieli.